



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones mediocres sancti Bonaventure de tempore

Bonaventura <Sanctus>

Argentine, 14. III. 1496

De euangelio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31133

Sexta seruit⁹ est de ma/
nib⁹. Quā tūc iusticie z scifi
cationi exhibem⁹. qñ in tri/
bulacionib⁹ man⁹ ad deū ex/
pandim⁹. Ps. Clamaui ad
te dñe tota die expādi ad te
man⁹ meas. Quod signatus
habem⁹ in eleuatiōe manū
sacerdotaliū in altari z i ele/
uatione manū Moyli cō/
tra Amalech. Exo. xvij. Itē
qñ pauperib⁹ elemosinā da/
mus. Prouer. ultimo. Da/
n⁹ suas aperuit inopi. z pal/
suas exten. ad pau. Itēz qñ
p necessitatib⁹ nostris fideli/
ter laboram⁹ Eccl. ix. Quic
quid potest man⁹ tua instan/
ter operare. zc. Et Eph. iij.
Qui furabat iam nō furet.
mag⁹ aut labo. zc. Septi/
ma est seruitus pedū. de q/
bus domino serui⁹ dū ad
pegrinandū pgin⁹ Isa. xliij
Ducent eam pedes eius lō/
ge ad pegrinanduz. Hoc dē
de anima peccatrice. qz per/
egrinatio est nō modica pō
penitētie. Heb. xj. Fide obe/
diuit Abraam in locū exire
quē accepturus erat in here/
ditatē. et exijt nesciēs q̄ iret.
Itē qñ afflictos z captiuos
visitam⁹. Math. xxv. Infir/
m⁹ z in carcere erā et visita

stis me. zc. Ja. j. Religio mū/
da et imaculata apud deuz
p̄m. h̄ est visitare pupil. et
viduas in tribulatōib⁹ eoz.
Item qñ passionib⁹ z labo/
rib⁹ xp̄i nos conformamus
Job. xliij. Vestigia eius se/
curus est pes me⁹. zc. Itē cū
nō piget nos cuiuslib⁹ labo/
ris. p̄ter xp̄m. Nota de here/
mita quē piguit. p̄lixior⁹ vie/
de cella sua ad hauriendam
aquam de quodā fonticulo
qui ibi erat baut p̄cul. Qui
dum frequenter rogaret dñm
vt abreuiaret sibi iter vidit
angelum se sequentē z omnia
vestigia eius dinumerātem
Et tūc multo remotius po/
suit cellam suaz q̄ pus erat.
vt plus laboraret z pl⁹ meri/
ti haberet. zc.

De euangelio.

Etendite

a falsis p̄phetis zc.
Math. vij. Legi/
m⁹ de q̄ttuoz falsis p̄phetis.
De Balaā Fluēri. xliij. De
p̄beta sene qui decepit aliū
p̄beta. iij. Reg. iij. De Se/
dechia qui fecit sibi cornua
ferrea et decepit Achab. iij.
Reg. xliij. De anticristo qui

Dominica septimā

pseudo propheta dicit. Apoc. xix.
Uñ vsus. Sunt vates falsi
mūdos. caro. demon. et oīs
Qui docet errorē fidei q̄ re/
pagula soluit. Igit̄ mūd⁹
iste pmittit nob̄ gaudia vite
pñs. sed decipit in fine sicut
Balaā. qui multa pspera p̄/
dixit filijs isrl. sed in fine de/
cepit eos p̄ filias madian. p̄
quas intelligere possum⁹ le/
nocinia ⁊ gaudia vite pñs
Ec̄s. s. Risum reputavi er/
rores. et gaudia dixi. Quid
frustra deciperis. Deniq̄ ple/
ne deceptōnis fallacia est in
presenti seculo ridere ⁊ gau/
dere. et in futuro lugere et
miserum fore. Contra talē
deceptionē ille verus ⁊ ma/
gnus p̄pha noster ihs xp̄us
cautos nos reddit. ⁊ tā men/
diacē p̄phetiā auertit Jo. xvi
Amen amen dico vobis. qz
plorabit̄ et flebitis vos. mū/
dus autē gaudebit. vos autē
tristabit̄. sed tristitia ve/
stra vertet̄ in gaudiū. Dñs
tanq̄ fidelis medic⁹ ordina/
te p̄cedit. et dat in p̄mis acu/
tas ⁊ amaras potōes. ⁊ post/
modū dulces ⁊ mitigatiuas
quia post tribulatōes conso/
lationes infundit. S; mū/
dus econtra ⁊ modo prepo

stero agit. sicut histrio ⁊ gar/
nello sine de tunica. qui bos
ante ponit quod debuerat
retro esse. ⁊ hoc in capite qd
in cauda. Isae. ix. Prophe/
ta docens mendacium ipse
est cauda. ⁊c. hic est Balaam
Secundus propheta est
caro nostra. que sub preter/
tu necessitatis nos decipit.
et multa habenda predi cat.
nec curat vnde veniat. Poe/
ta. Unde habeas nemo que/
rit. sed oportet habere. Sa/
pientie. xv. Estimauerunt lu/
sum vitam nostram. et con/
uersationē vite compositam
ad lucrum. et oportere vnde
cūq̄ etiam ex malo acquire/
re. Duius prophete vaticī/
nio fiunt fures et latrones
vsurarij et feneratorēs. qui
dum nimis solliciti sunt de
corpe amittunt bona anime
Mathei. xvi. Quid prodest
homini si mundum vniuer/
sūz lucretur. anime vero sue
detrimentum patiatur. Et
quid tam deceptorij ⁊ frau/
dulenti⁹ q̄ corpus pascere
et animam perdere. Poeta.
Summū crede nefas ani/
mam preferre pudori. Et p/
pter vitam viuendī perdere
causas. Cause viuendi sunt

virtutes anime. quas tunc p
dimus cum carnalibus de/
siderijs militam? Talis mi
les erat ille dives euangeli/
cus qui induebatur purpu/
ra et bysso et pulabatur quo/
tidie splendide. Sed noster
propheta contra agendum
precipit. Isa. xxiij. Vocavit
dominus ad fletum et ad plan
ctum et ad caluicium et cingulum
sacci. et ecce gaudium et leticia
occidere vitulos et iugulare
arietes comedere carnes et
bibere vinum. etc. Caro est ille
falsus propheta. qui seduxit
socium suum et reduxit eum
ut comederet et biberet con
tra preceptum domini. Spiritus
noster vel conscientia nostra. est ille bonus
propheta qui seducit ad suggestio
nis carnis sub pretextu necessita
tis. etc. Tertius propheta est
dyabolus. qui nobis prophetat
dignitates et honores huius
seculi. Matth. iij. Nec om
nia tibi dabo si cadens adora
ueris me. Hic est sedechias
filius iemla qui fecit sibi cor
nua ferrea et dixit ad achab
Ascende in ramoth galaad.
Ramothe interpretatur exaltatum
signum. Galaad acernus te
stimonium. Cum enim dyabolus
aliquem decipit ut fiat exal

tatum signum coacervat ei mul
ta testimonia. nunc est conscientia
propria. nunc de aliena. Agit
enim ut homo de seipso presu
mat. et apud se tacitus dicat
In comparatione illorum et illorum
nobilior sum genere. prestan
tior corpore. sapientior discre
tione. utilior et prospectior stre
nuitate. Adhibet etiam alios
testes defensorum. adulatorum scelerum
et pecunie receptores. mira
tes personas questus gratia In
canonica Jude. Mirantes
id est. mirabiles predicantes.
quod mirabiliter et utiliter de
puderit ecclesie sue in talibus
personis. et sic faciunt eis cor
nua ferrea. ut putent se pene
trare muros ferreos. et om
nia credant per suam industria
posse fieri. Poeta. Nichil est
quod credere de se non pos
sit. Euz laudatur dominus equa
potestas. Nec mirum si dya
bolus nos decipit eo gene
re deceptionis quo ipse dece
ptus fuit. Cum enim diceret
Ascendam in celum. filius ero
altissimo. delectus est in mo
mento. quia spiritus arrogan
tie decepit eum. Deuteron
mij. xvij. Propheeta qui ar
rogantia depravatus volue
rit. etc. usque ibi. interficietur

Dominica octaua

Quartus ppheta est qui li-
bet heresiarcha. et fidei chri-
stiane destructor qui et anti-
christus vocari poterit. quia
quod christus statuit et pas-
sione sua confirmavit atq; do-
ctrina. ille reprobaui et dis-
soluit. s. ca. Joh. iij. Omnis
spūs q̄ soluit Jesum ex deo
nō est. sed est antichristus. De
quo audistis quoniam venit
et iam nūc est in mundo. zc.
supple iam nūc est in mundo
p̄ falsam doctrinaz. per ypo-
crisim et fictam religionem
Math. xxiiij. Dulci pseu-
do pphete surgent. et se. mul-
ta q̄ in errorem mittantur
etiā electi si fieri potest. Quō
maxime p̄ magistros errorū
z falsos religiosos fieri oportet.
Unde Grego. in cu. pa.
Nemo quippe ampli⁹ in eccle-
sia nocet q̄ qui puerse agēs
nomen vel ordinē sanctitatis
habet. Delinquentē namq;
hunc nullus redarguere p̄-
sumit. et in exemplū culpa
vehementer extendit quan-
do p̄ reuerentia ordiis pec-
cator honorat. Noz caput
omniū est antichristus. qui p̄-
pter fictaz religionem suam
pseudo ppheta vocat. Apo-
cal. xxi. Apprehensa est bestia

et draco et pseudo ppheta. z
hij tres missi sunt in stagnū
ignis et sulphuris ardentis
Per draconē accipere debe-
mus dyabolū. quo antixps
plenus erit. Per bestia p̄nci-
pem aliquē ecclesie vastato-
rem et hereticoz defensorē.
Sicut fuit Nero qui p̄pter
Simonem magum occidit
Petrum et Paulum. Per
pseudo pphetam ipm anti-
christum. qui tunc signis et
miraculis choruscabit.

Dominica octaua.

Ism car

nem vixeritis mo-
riemini. zc. Ro. viij

Licet plurib; modis sm car-
nem viuatur. sunt tñ quatu-
or p̄ncipales scilicet luxuria.
auaricia. gula. lasciuia. Et
he sunt quatuor plage de q̄-
bus dicit Jo helis. s. Eruca
brucus. rubigo et locusta.
Unde x̄sus. Luxus. auari-
cia. gula. mens lasciuia. Jo-
helis. Hec sunt eruca. bruc⁹
rubigo. locusta. Eruca est
smis nascens in olerē et de
pascens ortoz amenitatem
z pulcritudinē Sic luxuria
nascēs ex carne nra cōsumit